THOMÆ MAVLII
CONSILIARII ET PRÆFECTI
Comitatus Solmejo-Greiffenſteinenſis,

Tractatus
De
MANDATIS ET MONITORIIS JUDICIALIBVS SINE CLAVSVLA,

IN QVO QVID SINT MANDATA SINE clauſula, quiq; ſint quatuor caſus, quorum in 2. part. tit. 23. Ordinat. Cameræ Imperialis *ſit mentio, & quæ eorum præcipuæ ſpecies, itemq; quæ exceptiones opponi queant, cui onus probandi narrata incumbat, & tandem de proceſſu Mandatorum ſine clauſula, ordine tractatur.*

FRANCOFVRTI,
Proſtat apud IOHAN. FRIDERICUM WEISSIUM.

M. DC. XXXV.

MANDATA SINE CLAVSVLA QVID SINT?

MANDATA ſine clauſula ſunt, quæ parti contra quam diriguntur, rectà paritionem & executionem ſub certa pœna, ſine vlla clauſula, ſi ſe grauatam ſentiat, compareat in præfixo termino, allegatura cauſas, quare non teneatur parere, iniungunt.

CASVS IN QVIBVS MANDATA ſine clauſula decerni poſſunt.

Regulariter à mandatis ſine clauſula non eſt incipiendum, quia important executionem, proceſſus autem non ab executione, ſed à cauſæ cognitione incipi debet, & ideo proceſſus ab executione inchoatus eſt ipſo iure nullus. *l. 1. C. de execut. rei iud.* Tamen ſunt quatuor caſus generales in quibus mandata ſine clauſula decerni poſſunt.

PRIMVS CASVS GENERALIS EST: So die Sach vnnd Handlung / darüber die Keyſerliche Mandata zuerkennen gebeten / an jhr ſelbſt von Recht vnd Gewonheit wegen verbotten / vnd wo dieſelbe begangen / ohn einig weiter Erkantnuß / für ſtraffwürdig vnd vnrechtmäſſig zuhalten.

ALTER CASVS EST, dardurch dem anruffenden Theil ein ſolch Beſchwerd auffgelegt vnnd zugefügt würde / die nach begangner That nicht wider zubringen.